

**Index Titulorum.**

- CONTR. X. An Judex Inferior possit penam Ordinarium mitigare Reo, qui sponte delictum confessus est: Ubi etiam de Intercessione Puellæ, & Artis singulari Petitiæ. 326
- CONTR. XI. Quomodo Penæ ob Multiplicata Delicta Aggravari aut Cumulari possint. 328
- concipienda, formanda, & publicanda. 330
- CONTR. II. Ex quibus causis Executio penæ sit differenda: 331
- CONTR. III. An, & in quibus Casibus Bona Damnatorum ad mortem, Confiscantur. 332
- CONTR. IV. Expensæ in processu Criminali & Executione factæ, à quonam solvenda sint. 333
- CONTR. V. An, & quando in Causis Criminalibus admittatur Appellatio. 334

**CAPUT XII.  
ET ULTIMUM.**

*De Condemnatione: Pænarum Executione: Bonorum Confiscatione: Sumptibus: Appellatione: & Banno.*

CONTR. I. Quomodo Sententia Condemnatoria

**APPENDIX.**

*De Banno, ejusque Effectibus.* 335

**F I N I S.**



R. P. CHR.



R. P. CHRISTOPHORI  
**HAUNOLDI**  
E SOCIETATE JESU  
CONTROVERSIARUM  
DE  
**JUDICIIS**  
46573 ET  
**PROCESSU**  
IN CAUSIS CRIMINALIBUS  
**TRACTATUS I**  
DE  
**JUDICE CAUSARUM**  
**CRIMINALIVM,**  
FOROQUE COMPETENTE.



**C**um de Jurisdictione in genere & specie plenè actum sit in Tomo precedente, huc solum reservavimus aliquas Questiones ad Processum Criminalè propriè spectantes. Cum autem Jurisdictio Criminalis strictè & antonomasticè sumpta illa sit, dicitur Merum Imperium, in eo distinctim à Mixto, quòd nihil habeat commune cum Negotiorum civilium disceptatione, sed occupetur in administranda Justitià vindicativa, vindicandis nempe delictis, solum gradum voluntus gradus constitui. Primus gradus est Sup-

Christ. Haun. de Indiv. To. II.  
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN  
CAPILLA ALFONSO DE BORBÓN BIBLIOTECA UNIVERSITARIA  
Rollo 32 MICROFILMADO 2/2/83

esse Supplicium. Secundum, proximam morti penam: Tertium, corporis coercionem absque vite periculo. Fundamentum hujus divisionis sumunt ex c. 28. ff. de penis. [Capitalium penarum ferè isti gradus sunt. Summum supplicium esse videtur ad furcam damnatio, item vivi crematio, item capitis amputatio. Deinde proxima morti pena metalli coercitio. Post deinde in insulam deportatio. Cetera penarum ad existimationem, non ad capitis periculum pertinent, veluti relegatio ad tempus, vel in perpetuum, vel in insulam, vel cum in opus quis publicum datur, vel cum fustium ictu subijcitur.] Cum autem præter penas hic speciatim notatas sint plures alie, tum capitales, tum non capitales, non est difficile plerasque ad summum gradum revocare: præsertim si aliam divisionem attendamus, quæ habetur. l. 6. §. fin. eod. [Et sunt penarum, quæ aut vitam adimant, aut servitutem injungant, aut civitatem auferant, aut exilium, aut coercionem corporis contineant.] Quod etiam pena pecuniaria referri possunt. De quibusdam tamen est controversum, de quibus in progressu.

### CONTROVERSIA I.

An, iure communi inspecto, Causæ Meri Imperii possint delegari.

#### SUMMARIVM.

- Causa Meri Imperii non potest univèrsim alteri delegari. 2.  
Absens potest alteri demandare. 3.  
Item infirmitate impeditus. 4.  
An ob alias occupationes possit delegari. 6.  
An Jurisdicção criminalis possit de consensu partium prorogari, remissivè. 8.  
An causa demandata ob absentiam solum demandata censetur ad cognoſcendum. 9.  
Quid iure Bavarico competat, in criminalibus, Præfecti & Nomarchis. 10.

2. Dicendum I. Non potest, univèrsim delegari. Quando, causa meri imperii alteri delegari. [Soleat (consul) etiam custodiarum cognitionem mandata delegari: scilicet ut præauditas cuberet: sed hoc titant, ut innocentem ipse legis mandati extraordinarium

est, nec enim potest quis gladii potestatem sibi datam, vel cuius alterius coercionis ad alium transferre.] Unde desumpta est Regula Juris 70. *Nemo potest gladii potestatem sibi datam vel cuius alterius coercionis ad alium transferre.* Excipitur tamen semper Judex à Principe datus, qui potest alteri delegare, etiam causam meri Imperii, quod colligunt DD. ex l. un. C. qui pro sua Jurisdicção. *Judices dare.* in fine. ibi. [Hæc tenent, nisi Judices à nobis specialiter delegantibus dati aliis causas delegaverint judicandas. Nam his delegantibus nullo personarum causarumque habito tractatu appellatum ad eos Jure judicium remeant.] Quamvis hic textus facillè recipiet aliam interpretationem. sed communis DD. calculo, & ipso usu exceptio firmatur, ut colligo ex Gaill. lib. 1. obs. 97. & tenet etiam Alexander, & Mattheæ: quos sequitur Gilhus. n. 61. concedens tamen posse subdelegare causas infimas. Certè causas meri Imperii per canonicas sanctiones posse delegari satis constat ex c. 2. de Off. Vicarii. in 6. Siquidem Archiepiscopi, Episcopi, & alii proceres Ecclesiastici merum Imperium habentes, illud alteri committere solent.

3. Dicendum II. Si habens, merum Imperium sit absens, potest alteri mandare. l. 1. ff. de Off. ejus cui mand. est Jurisd. ibi. [Non aliter igitur mandare poterit, quam si abesse cæperit: cum alias Jurisdicção etiam à presente mandatur.] Major controversia est, an infirmitas etiam sufficiat ad hoc, ut valeat delegatio Meri Imperii: quod aliqui negant.

4. Dicendum tamen est III. Ex communi DD. ob infirmitatem æquè ac ob absentiam posse Merum Imperium delegari. Ratio est, quia infirmitas, reddens animum impeditum ad exercendam cognitionem causæ criminalis, in æstimatione morali reddit hujusmodi personam absentem: non enim venit in considerationem absentia corporis, sed absentia animi. Ergo cum infirmitas non minus subducit animum, quam absentia corporis, merito, quod leges statuunt de absente, extenditur etiam ad infirmum.

5. Contra utramque tamen conclusionem obijcitur lex 1. citata, ubi in precedentibus verbis videtur potestas delegandi ob absentiam, restringi ad certam speciem & causam: [Et ideo videtur errare Magistratus, qui cum publici Judicii habeant executionem, lege vel Senatus consulto delegatam, lege vel Senatus consulto delegatam, veluti legis Julia de adultariis, & si quæ sunt alie similes, Jurisdiccionem suam mandant. Hujus rei fortissimum argumentum, quod NB. lege Julia de vi nominatim cavetur, utis qui obtigerit exercitio, possit eam si proficiscatur, mandare.] 8. Ex sequenti-

quentibus verbis supra relatis colligi, quod restrictio ad absentiam, & æquivalentem causam non excludat alias causas meri Imperii, sed solum excludat alias excusationis causas. Hinc

6. Dicendum IV. Non sufficere ad delegandum Merum Imperium, quod Magistratus, cui id ex speciali concessione competit, (nulli enim competit Jure Magistratus præcisè, inspecto Jure scripto, quidquid sit de consuetudine Germaniæ, sed ex speciali concessione, ut habetur l. 1. cit.) ob publicas occupationes videatur excusari. Ratio est, ut quæ illius singulari industria commissa sunt, aliis expedienda committat, alioquin sæpè finis intentus à lege non obtineretur.

7. Neque obstat lex 2. C. de ped. Judicib. hæc enim solum procedit in causis civilibus, prout ipsam lex explicat, & sic habet. [Placet nobis, Præsides de his causis, in quibus quod ipsi non possent cognoscere, ante hæc pedaneos Judices dabant, notionis suæ examen adhibere, ita tamen, ut si vel propter occupationes publicas, vel propter causarum multitudinem omnia hujusmodi negotia non poterint cognoscere, Judicis dandi habeant potestatem. Quod, NB. non ita accipi convenit, ut in his etiam causis, in quibus solebant ex officio suo cognoscere, dandi Judices licentia eis permilla credatur quod usque adeo in Præsidium cognitione retinendum est, ut eorum Judicia non diminuta videantur, dum tamen & de ingenuitate, supra qua poterant etiam antè cognoscere, & de libertate Præsides ipsi judicent.] Quod si in his non excusant publice occupationes, quæ ratione excusarent in causis criminalibus?

8. Dubitatur I. An Jurisdicção criminalis possit de consensu partium prorogari, dummodo ille in quem prorogaretur, alioquin haberet etiam merum Imperium, sed non in hos prorogantes. Ad hoc Quæsitum respondebitur ad longum infra Contr. 5.

9. Dubitatur II. An, quando causa meri Imperii alicui demandatur propter mandantis absentiam aut infirmitatem, censetur mandata præcisè ad cognoscendum, & non ad definiendum. 8. Affirmativè; quod colligunt DD. ex lege 22. C. ad leg. Corn. de falsis. [Ubi falsi examen incidit &c. sed inter utramque personam sit Judex mediis, nec ullà interlocutione divulget quæ sentiat; sed tanquam ad imitationem relationis, quæ solum audiendi mandat officium, præbeat notionem, postremà sententiã, quid sibi liqueat, proditurus.] Aliud est in Delegato Principis, qui etiam potest sententiam ferre. l. 1. C. si contra Jus vel util. [Non idcirco minus is cui ex nostro scripto cognitio delata

est, judicare potest, quod ex gestis &c.] Excipitur etiam causa famosi latronis, ob periculum in mora quæ Præses expectaretur. arg. l. 6. §. 9. ff. de injusto rupto. ibi. [Nisi forte latro manifestus, vel seditio prærupta, factoque cruenta, vel alia justa causa, quam mox Præses litteris excusavit, moram non recipiant, non penarum festinatione, sed præveniendi periculi causâ; tunc enim punire permittitur, deinde scribere.]

10. Jure Bavarico in causis criminalibus mortem promerentibus, Præfecti & Nomarchæ (Germanicè Pfleger / und Landrichter) procedunt usque ad sententiam definitivam exclusivè, sententiam verò definitivam Latrunculator (Wannschicker) certo salario constitutus concipit, publicat, bacillum frangit, & denique executionem fieri facit. Quod si verò Præfecti & Nomarchæ per suos Vicepræfectos Jurisdiccionem criminalem accipiant, Latrunculatorem quidem non tenentur adhibere, salarium tamen illi nihilominus solvere debent, nisi in veterata consuetudo aliud admittat. In causis criminalibus autem non mortem sed aliam penam corporalem merentibus, Præfecti & Nomarchæ, pro jussu consilii Aulici & Dicalteriorum regimini, executionem fieri faciunt. M. P. O. t. 1. 4. 1.

Ordines Provinciales merum Imperium habentes, suos Judices capitales habere debent, qui tamen Jurisdiccionem criminalem à principe accipere debent, operam Latrunculatoris non adhibent. Idem Ordines provinciales Processum Inquisitionis, vel quemvis alium processum, nisi Princeps ex certis causis (Jure tamen Ordinum Provincialium salvo permanente) ut talis processus cum præfatu consiliautorum formetur, mandaret, plenè, ad definitivam quoque sententiam includere possunt, nec tenentur acta ad Consilium aulicum vel Dicalteria Regimini remittere. tit. eod. nr. 3.



## CON TROVER SIA II.

*An Causa Criminalis membri  
abscissione punienda, sit Meri  
Imperii primi Gradus, h. e.  
Capitalis.*

## S V M M A R I V M.

*A*n poena mutilationis sit meri imperii. 11.  
*A*n membri abscisso sit poena capitalis. 12.  
*N*egativa praesertim. 13. *U*bi sequitur.  
*U*nde denominetur Poena Capitalis. 14.

**D**ixi in proemio, aliquas causas esse contro-  
versas, an sint Meri Imperii.

11. Primò ergo dubitari posset, an illa  
crimina, quibus constituta est abscissio mem-  
brorum, v. g. manús, aurium, sit meri Impe-  
rii. Et quidem DD. unanimiter respondent af-  
firmative; procedit enim talis poena à potestate  
gladii ad pléctendos facinorosos. Deinde  
colligitur hoc ex eo, quia huiusmodi poena est  
non quæcunque animæ versio, sed corporis af-  
fectiva per diminutionem illius, adeoque licet  
non tollat omnem vitam, tollit tamen particu-  
lam vite. Hinc autem nascitur

12. Controversia, an membri abscissio sit  
Poena Capitalis. Juridicè loquendo: quæ quæstio  
habet in praxi diversas utilitates. Si enim nu-  
meretur inter poenas capitales, qui illa affectus  
esset, non posset facere testamentum, & per con-  
sequens neque ex testamento capere posset, ut  
colligitur ex l. 1. 1018 ff. *Qui testamenta*. Se-  
cundo, si numeretur inter poenas capitales, per-  
mittitur super illa causa transactio, ut suo loco  
dictum, 10. 4. *trall.* 10. n. 1018. secus si non est  
capitalis. Tertio, si statuto aliquo præscriberet  
alicui delicto poena capitalis, non specifican-  
do, satisfieret statuto, amputando manum.  
Quarto, hinc colligi posset, ad quem Iudicem  
spectaret manús amputatio, casu quo in aliqua  
civitate essent duo Iudices, ad quorum unum  
spectarent causæ capitales, ad alterum, non ca-  
pitales.

Essè capitale causam supponit Daumhu-  
terus, idem tenet Alex. in l. *transigere*. C. de *Trans-  
act.* Curtius ib. n. 73.

13. Communis tamen aliorum est sen-  
tentia, non esse, nisi improprie, causam capitale.  
Neutrius sententia fundamenta sunt convincen-  
tia. meliora tamen opinionis communis. Com-

munis sententia probatur. I. ex Novella 134. §. *fin.*  
ubi dicitur, membrorum dissolutionem esse gra-  
viorè poenam abscissione utriusque manús: at-  
qui membrorum dissolutio quæ fit per torturam,  
non est capitalis, Ergo nec manuum abscissio. Re-  
sponderi potest, distinguendo majorem. Mem-  
brorum dissolutio quando fit principaliter & fi-  
naliter in poenam alicujus delicti, est gravior  
conceditur: quando præcisè ordinatur ad exe-  
cutionem alterius actus, vel ad extorquendam  
veritatem, negatur. Et in priore sensu loquitur  
Novella citata. Ità cum Alciato respondet  
Mattheac. Sed, meo iudicio, ex isto diverso si-  
ne non satis ostenditur, cur membrorum dis-  
olutio sit gravior poena manuum abscissione, in u-  
no quàm altero casu: nam quando infligitur  
principaliter in poenam, tolerabilior solet esse,  
quàm quando fit in tortura. Est enim illa Lepè  
momentanea, ut quando fit per repentinam cor-  
dæ laxationem. Ceterum, vix est credibile,  
membrorum dissolutionem esse poenam gravi-  
orem (prout hodie in usu est) quàm manuum am-  
putationem, quare, ex dicta Novella non mul-  
tùm probatur.

14. Probatur II. Ex l. 2. ff. de *publ. Jud.*  
ubi inter poenas capitales non numeratur man-  
uum abscissio, vel alia corporis mutilatio. Re-  
spondent ad versarii, ideo non fuisse numeratam,  
quia tunc non erat adhuc in usu. Sed, nisi fal-  
lor, hæc responsio non enervat textum, & sic ha-  
bet. [Publicorum iudiciorum quædam capita-  
lia sunt, quædam non Capitalia. Capita-  
lia sunt, ex quibus poena, mors aut exi-  
lium est, hoc est, aquæ & ignis interdictio,  
per has enim poenas eximitur caput de civitate,  
nam cætera non exilia, sed relegationes proprie  
dicuntur, tunc enim civitas retinetur.] Ecce!  
unde denominetur poena *Capitalis*, nempe quan-  
do Respublica alicujus subditi caput amittit, vel  
naturaliter vel civiliter; atqui per manuum abscis-  
sionem hoc non fit. Ergo non est proprie poena  
Capitalis. Unde in dicta lege statim subiungit-  
tur. [Non capitalia sunt, ex quibus pecuniaria,  
aut in corpus aliqua coercitio poena est.] Hac  
facit lex 103. ff. de V. S. [Licet capitalis, latine  
loquentibus, omnis causa existimationis ((*h. e.*  
*infamans*)) videatur, tamen NB. appellatio capi-  
talis, mortis, vel amissionis civitatis, intelligen-  
da est.] Ergo, manuum abscissio posset quidem  
dici causa capitalis latine loquendo, hoc est infamans,  
Sed non juridicè & quoad præsentem  
materiam.

15. Solet pro confirmatione hujus sen-  
tentia adduci lex 10. ff. *Qui testam.* *Qui manus  
amisit, testamentum facere potest, quamvis scribere  
non possit.* Atqui passus poenam capitale non  
habet testamenti factionem. Ergo manu-  
um abscissio non est poena capitalis. Verùm il-  
le textus

le textus non loquitur (clare) de amissione manuum  
ex delicto, sed forte ex alio casu, vel infirmitate.  
Et ideo hæc probatio est levis, & priores  
sufficiunt, accedente præsertim communi  
sensu.

16. Obijciunt I. Ex Nov. 128. c. 10. ubi vi-  
detur manuum abscissio æquiparari supplicio, il-  
lis verbis: *citra tamen novissimum supplicium, aut  
membra abscissionem.* Ineptè hinc inferri æ-  
quiparationem quoad gravitatem poenæ, ut per  
se clarum est. Utriusque poenæ inflictio prohibe-  
tur ibi certis Iudicibus, sive manuum abscissio  
sit capitalis sive non: de hoc Imperator nihil di-  
cit.

17. Obijciunt II. Ex l. fin. C. de *super-  
exactoribus*. Ubi statuitur poena capitalis in oos  
qui plus debito exegerint. Atqui in Nov. 17. c. 8.  
iisdem dicitur esse interminanda manuum am-  
putatio. Ergo hæc est poena capitalis. §. 1.  
in l. finali expressè poenam illam statui in eum  
qui in delicto perseverat. in Nov. autem est ser-  
mo de eo qui primà vice non parat mandato: imò  
non est sermo de exactore supra debitum, sed  
de eo qui antipochas non reddit, cuius delictum  
tam grave non est. Onus alia argumen-  
ta leviora.

## CON TROVER SIA III.

*An Deportatio & Relegatio sint  
Meri Imperii.*

## S V M M A R I V M.

*Q*uomodo differat Deportatio & Relegatio. 18.  
*D*eportatio est Meri Imperii. 19.  
*I*tem Relegatio. 20.  
*I*tem Bannum. 23.

18. **D**eportatio & Relegatio differunt se-  
cundùm aliquos; quòd deportari di-  
citur, qui mittitur in perpetuum exilium, &  
certo locorum spatio circumscribitur, intra  
quod luat: Relegare autem sit extra certos fines  
patriæ vel Jurisdictionis amandare, ut redire  
non liceat, vel intra certum tempus, vel etiam  
in perpetuum. Ità quidem Gilvilius. Sed hæc  
differentia non est sufficiens. nam aliquando et-  
iam certo loco circumscribuntur Relegati, ut  
dicitur l. 4. ff. de *Interdictis releg.* mox referenda.  
Melius declaratur differentia in lege 7. §. 2. ff. *cod.*  
[Hæc est differentia inter deportatos & relegatos,

quòd in insulam relegati & ad tempus, & in per-  
petuum quis potest. Sive ad tempus, sive in  
perpetuum quis fuerit relegatus, & civitatem  
Romanam retinet, & testamenti factionem non  
amittit.] Et lege. 6. dictum erat, quòd De-  
portatio adimat civitatem Romanam. Ergo  
substantialis differentia consistit in ademptione  
& non ademptione Civitatis. Banniti hodie  
æquiparantur deportatis, quibus igni & aqua in-  
terdictum est, ut explicabitur in fine hujus tomi.  
Deportati hodie in Imperio sunt illi, qui ultra  
quatuor Imperii sylvas mittuntur.

19. Dicendum est I. Deportationem esse  
Meri Imperii. Ratio est. Quia poenæ capita-  
les sunt meri Imperii. Sed Deportatio est poena  
capitalis, ut patet ex iuribus præced. controver-  
sià adductis. Ergo &c. Et in hac conclusione  
conveniunt DD.

Relegationem non esse Meri Imperii, sed  
Mixti, tenet Speculator in l. 9. ff. de *Jurisdic.*

20. Dicendum tamen est II. Cum com-  
muni DD. Relegationem etiam ad Merum Im-  
perium spectare, adeoque is qui comperet Im-  
perium sine Jurisdictione, posset relegare. Pro-  
batur ex lege 12. §. 4. ff. de *accusat.* ibi. [Idem-  
que dicendum est in cæteris legibus, quibus pec-  
uniaria poena irrogatur, vel etiam Capitis, quæ  
servorum poenis non convenit, sicuti Relegatio.]  
Ergo dum dicitur (licet improprie) poena capita-  
lis, videtur hoc ipso annumerari illis poenis, quæ  
ad merum Imperium spectant.

21. Obijciunt I. Relegatus non amittit  
Civitatem & libertatem. l. 4. ff. de *Interdictis &  
releg.* [Relegati in insulam in potestate liberos  
suos retinent, quia & alia omnia jura retinent:  
tantùm enim Insulâ eis egredi non licet, & bona  
quoque omnia sua retinent, præter ea, si qua eis  
adempta sunt.] §. 1. Ex hoc textu bene quidem  
probat, quòd non sit poena proprie capitalis, sed  
non sequitur: Ergo non continetur in Meri Impe-  
rio: nam, ut vidimus, manuum abscissio etiam  
non est capitalis poena proprie, & tamen ad me-  
rum Imperium spectat.

22. Obijciunt 2. Pecuniaria poena non  
pertinet ad merum Imperium; sed ad mixtum.  
Ergo & relegatio, ut colligitur ex lege 1. ff. de  
poenis, ubi dicitur. [Melius statueretur in ab-  
sentes pecuniarias quidem poenas, vel eas quæ  
existimationem contingunt, & usque ad relega-  
tionem procedi.] §. 1. Multi docent, etiam  
pecuniariam poenam spectare ad merum Impe-  
rium. §. 2. Ex eo quòd relegatio dicitur  
meri Imperii, non bene inferitur, nunquam pos-  
se exerceri ab eo, qui simul cum Imperio habet  
Jurisdictionem, & Imperium mixtum, ut bene  
observat Joannes Calvinus in suo Lexico. Potest  
ergo aliqua poena esse meri Imperii, hoc est,  
illi competere, qui habet Imperium sine Juris-  
dictio-

dictione, & tamen potestas illam poenam infligendi etiam esse concessa illi, qui una cum Imperio habet Jurisdictionem. Esto habentes Jurisdictionem plerumque habeant Imperium magis restrictum & limitatum, ut patet ex alibi dictis.

23. Ex dictis inferitur. Bannum quoque ad merum Imperium spectare. Nam aliquando equiparantur deportatis, aliquando relegatis, quia aliquando puniuntur banniti deportatione, aliquando relegatione. Sed de Banno agam in fine hujus tomi.

#### CONTROVERSIA IV.

*An Ius incarcerandi, item torquendi, mulctandi, confiscandi, sit Meri Imperii.*

#### SUMMARIVM.

**I**ncarceratio tædialis non pertinet ad merum Imperium. 24.  
Bene tamen, quando adhibetur ad custodiam in causa criminali. 25.  
Item incarceration perpetua in poenam. 27.  
Item tortura valde gravis. 28.  
Quid dicendum de Multa pecuniaria, & bonorum confiscatione. 29.

24. **S**upponit absque distinctione Decianus, lib. 7. c. 10. n. 23. eâ ratione ductus, quod incarceration sit quædam species servitutis. Alii dicunt, quandoque etiam simplici Jurisdictioni competere. Alii cum Mattheacio varios casus distinguunt. Et quidem, quando in causa pecuniaria adhibetur non per modum custodiæ, sed ut tædialis, conveniunt omnes, convenire Jurisdictioni, nec pertinere ad merum Imperium, sicut nec ipsa causa pertinet.

25. Controversia est, quando adhibetur ad custodiam in causa criminali. Negat Bartolus. Affirmat Baldus, quem plerique sequuntur. Et colligitur ex l. ff. de Custodia & exhib. reorum. [De custodia reorum Proconsul exlimare solet, utrum in carcerem recipienda sit persona, an militi tradenda, vel fideiussoribus committenda, vel etiam sibi. Hoc autem vel pro criminis, quod obicitur qualitate, vel propter honorem, aut propter amplissimas facultates, vel pro innocentia

personæ, vel pro dignitate ejus qui accusatur, facere solet.] Si ergo causa cognitio ad merum Imperium pertinet, utique & executio. Dum autem dicitur, hoc fieri solere, insinuari videtur, quandoque etiam mixto Imperio convenire.

26. Objicit Bartolus ex Nov. 15. ubi cap. 6. §. 1. de defensoribus Civitatum dicitur, eos posse incarcerare: qui tamen carent mero Imperio. R. 1. ut jam dixi, posse aliquid esse meri Imperii, esto etiam concedatur alicui habenti mixtum Imperium. Sic quando quis ob contumaciam incarceratur, talis incarceration potest fieri ab habente Jurisdictionem, ut tradunt communiter DD. in l. 3. ff. de Jurisd.

27. II. In allegato loco Defensorem esse merum executores, incarcerando in eum finem, ut Præsidi sitat, & sic habet. [Audient quoque leviora crimina, & castigationsi competenti contradent, & eos qui in majoribus criminibus capiuntur, detruent in carcerem, & mittent ad provinciam Præsidem.] Simile quid dicitur infra, quod in certis casibus possit laicus apprehendere Clericum mittendum ad suum Superiorem.

27. Denique Meri Imperii est, quando carcer perpetuus in poenam constituitur & adhibetur, prout fieri posse conceditur Episcopis c. 3. de poenis in 6. [Quamvis ad reorum custodiam, non ad poenam specialiter carcer deputatus esse noscatur: Nos tamen non improbamus seu convictos (eorum excelsibus & personis cæterisque circumstantiis providâ deliberatione pensatis) in perpetuum vel ad tempus, prout videris expedire, carceri mancipes ad penitentiam agendam.] Et cap. 27. de P. S. §. fin. dicitur. [Pro illo verò falsario scelerato, quem ad mandatum nostrum capi fecisti, hoc tibi duximus consulendum, ut in perpetuum carcerem ad agendam penitentiam ipsum includas, pane doloris, & aquâ angustia sustentandum, ut commissa desinat, & sitenda ulterius non committat.] Quod autem sit meri Imperii, probatur I. quia damnati ad perpetuum carcerem equiparantur damnatis in metallum: atqui damnare in metallum est meri Imperii, nempe specialiter concessum Præsecto. Secundò, quia talis amittit libertatem, & poenæ servus efficitur in effectu, ac perpetuum exilium patitur: imò damnatus ad perpetuum carcerem dicitur poenâ capitali dignus, & teste Bartolo, testari non potest.

28. Quoad torturam breviter dicendum est ex dictis, eam, si sit valde gravis, spectare ad merum Imperium, sive fiat principaliter, ut poena, sive ut medium extorquendi veritatem in causa tali, quæ ad merum Imperium spectat, nec Jurisdictionem requirit. Cæterum, levis tortura

tura ad extorquendam veritatem in causa pecuniaria & ad Jurisdictionem spectante, potest fieri ab eo qui habet Imperium non merum, ut tradit Mattheacus, & cum eo Gilhusius, arg. l. fin. ff. de off. ejus cui mand. ubi ratio redditur his verbis. Mandatâ Jurisdictione privatâ, etiam Imperium quod non est merum, videtur mandari. quia NB. Jurisdictio sine modica coercitione nulla est. Nescio tamen in quo hæc levis tortura consistat, nisi sit carcer tædialis. neque isti AA. specificant.

29. Simili modo, Multam imponere aliquando est meri Imperii, nempe quando imponitur poena Pecuniaria ob delictum mero Imperio proportionatum, aliquando verò est Jurisdictionis, de qua est sermo in lege fin. adducta, nempe quando imponit eam Judex ad tuendam suam Jurisdictionem.

A fortiori etiam bonorum confiscatio pertinet ad merum Imperium, cum sit poena tam gravis, ut mortis aliquatenus comparetur. Et de hoc est lex un. C. Ne sine Jussu princip. [Nulli Judicium liceat (exceptis qui in summa administrationis sunt positi potestate) proscriptiois tempestate totius substantiæ aliquem percellere, nisi ad nostras aures hoc ipsum referatur.]

#### CONTROVERSIA V.

*An Partes possint Processum Nullum ex defectu Jurisdictionis, convalidare spontaneâ confessione, vel Jurisdictionem Prorogare in criminali causa.*

#### SUMMARIVM.

**A**n confessio coram Judice incompetente sufficiat ad condemnandum. 30.  
An faciat plenam fidem, si acceptetur ab adversario. 31.  
Quid de Clerici confessione coram Laico. 32.  
An Judex incompetens possit per inquisitionem, non contradicente & sciente reo, prorogare in se Jurisdictionem. 34.  
An per viam accusationis, reo per ignorantiam comparente, prorogetur Jurisdictio. 35.  
An possit prorogari Jurisdictio Judicis cateroquin qualificati in præjudicium partium, vel etiam Judicis competentis. 36.  
Quid si scientia incompetentia superveniat primum in processu. 37.

30. **Q**uæritur I. An, si Reus coram Judice incompetente fateatur crimen, valide procedat eo usque, ut talis confessio sufficiat ad condemnandum. Ratio dubitandi est, quia est Regula, quod confessio valide nullitatem processus. Verum, hæc regula non procedit, quando processus est nullus ex defectu Jurisdictionis, sed solum quando ex alio capite est nullus. Itaque

Dicendum. Confessio facta coram Judice incompetente, non sufficit in vim probationis ad condemnandum. Ratio est, quia est confessio extrajudicialis, & ideo non plus valet quam extrajudicialis. De hoc pluribus infra.

31. Dubitatur tamen, an saltem faciat plenam fidem, quando ab altera parte præsentis fuit confessio acceptata. Affirmare videtur Abbas in cap. arti Clerici, post n. 16. de Judiciis. Verum, Julius Clarus lib. 5. §. fin. præf. crim. q. 65. n. 4. sic habet. [Sed certe quidquid sit de Jure, ego semper vidi in practica observari, quod tales confessiones non præjudicant contentibus ad plenam probationem, si deinde illam revocant, sed tantummodo torquentur, ut in ea perseverent, nisi forte cum hujusmodi confessione concurrerent tot alia argumenta, ex quibus posset dici, quod omnibus simul suspicis de crimine plenè liqueret.] Ex Conclusione

32. Inferit Farinacius q. 81. n. 193. quod Confessio Clerici facta coram Judice Laico, non sufficiat, ut inde condemnetur à suo competente Judice. c. arti. pr. de Judiciis. [At si Clerici coram seculari Judice convicti fuerint, vel confesse de crimine, non sunt propter hoc à suo Episcopo aliquatenus condemnandi.] Volunt aliqui Canonistæ talem confessionem præbere saltem Judici Ecclesiastico Jus iterum eundem interrogandi, & si reus variet, non esse admittendum, nisi ad probandum, quod sua confessio facta alium sensum haberet. Verum, hanc opinionem alii non admittunt nisi quoad torturam, vel quoad indicendam purgationem ratione infamie resultantis ex facta confessione. Et quidem talem confessionem (sicut quavis alia extrajudicialis spontanea) sufficere tanquam indicium ad torturam, tenet valde communis sententia, quamvis sententia negans sit æque communis, & quia est favorabilis, meretur alteri præferri, cum neutra habeat argumenta convincentia, nec Jus scriptum pro se, de quo tamen iterum infra suo loco.

33. Magis controversum est, an possit Jurisdictio in criminalibus prorogari à partibus ad aliquem Judicem, qui cateroquin habet merum Imperium, sed non circa has personas. De prorogatione in causis civilibus, plenè actum est in præced. tomo, de Judiciis causarum civilium, nunc

nunc quaſtio eſt de prorogatione in cauſis criminalibus, in qua à certioribus ad incerta progrediemur.

34. *Quæritur ergo I.* An poſſit fieri prorogatio, quando Judex procedit per inquisitionem, & reus, ſciens in ſe inquiri, non contradicit, & factâ inquisitione deprehenditur reus, quaeritur an poſſet ille Judex incompetens qui inquisiuit, procedere ad condemnationem. Ratio dubitandi eſt, quia Inquiſitor habet ſe inſtar Accuſatoris: ergo prorogabitur Jurisdictione conſentiente ſeu non contradicente reo, ſaltem in ſententia illorum DD. (de qua paulo poſt) quod prorogatio etiam in criminalibus locum habeat. Et in hanc ſententiam propendet Julius Clarus, ſi reus poſitiue conſentiret. Nihilominus

Dicendum eſt I. Et reſpondendum negativè. Ratio eſt. Nam in hoc iudicio & proceſſu non interveniunt partes, quæ poſſunt dici prorogare jurisdictionem, ſed tantum intervenit Judex, & diffamatio, quæ fungitur loco accuſatoris: Atqui eſt per ſe abſurdum, poſſe Judicem ſuam jurisdictionem prorogare, concurrente infamatione, quæ eſt res inanimata. Judex autem ageret perſonam rei, & loco rei in ejus præjudicium prorogaret, quod abſurdum eſt.

35. *Quæritur II.* Quando procederet Judex incompetens per viam accuſationis, & Reus ignarus, cum eſſe Judicem incompetentem coram eo compareret, an cederetur prorogatio Jurisdictione, ſaltem in ſententia aſſerente, poſſe in criminalibus prorogari Jurisdictionem. Aſſerit Arnaldus Albert. apud Farinacium. 7. 7. n. 4.

Dicendum tamen eſt II. Et reſpondendum negativè. Ità etiam illi DD. qui alioquin admittunt in criminalibus Jurisdictionis prorogationem. Ratio eſt, quia prorogatio debet fieri ſponte, & per explicitum conſentum in ſuum præjudicium, cum ſit quædam ceſſio exceptionis declinatoriæ iudicis: Atqui talem conſentum non habet, nec poſſet præſumi habere ille, qui per errorem compareret coram Judice non competente accuſatus, compareret enim invitus & coactus. Imò ſcientia incompetentiæ non præſumitur, ſed potiùs error, in talibus perſonis, quæ plerumque ſunt juris ignari, & ſupponunt, cum apud quem accuſatur, meliùs noſſe ſuam poteſtatem, nec inchoatum proceſſum, ſi non ſciret ſibi competere. Nec poſſet prudenter dubitari, quòd talis, ſi conſcius eſſet incompetentiæ, & ſimul etiam ſe reum ſciret, non eſſet conſenturus in prorogationem, ſed exceptione uſtus.

36. *Quæritur III.* Et principaliter, an poſſit prorogari Jurisdictione Judicis incompetentiſ quidem ratione partis accuſatæ, ſed catero-

quin qualificati, & habentis jurisdictionem in tali crimine & materia. In quo puncto aliqui primâ fronte videntur ſimpliciter negare, alii ſimpliciter affirmare. Verùm, ſi AA. integrè legantur cum ſuis limitationibus, reverè tandem conſentiunt, & quod paucis clare dici poſſet, multis ambagibus involvunt.

Dicendum ergo III. In præjudicium partium, non item in præjudicium Judicis competentis & ordinarii, poſſe Jurisdictionem etiam in Criminalibus prorogari. Ità Julius Clarus q. 42. Dicens eſſe communem, ſed nullam adducit probationem. Solum dicit, quòd non poſſit fieri in præjudicium Reipublicæ & Judicis competentis, v. g. quoad applicationem pœnæ, quia alioquin poſſent fieri mille fraudes. Ex Julio Claro deſcripſerunt Farinacius, Decianus, & Guazzinus. Intelligenda autem eſt conſeſſio de caſibus, in quibus proceditur per viam accuſationis, neque poſſet procedi per inquisitionem. Nam ſi Judex ordinarius poſſet per viam inquisitionis procedere, tunc ſi ipſe contradiceret prorogationi, non procederet prorogatio, ſed ipſi plenum jus maneret, procedendi per inquisitionem, ſecus ſi conſentiret. Hæc eſt ſumma eorum, in quibus ſe AA. cum conſuſione diffundunt. Ad probandum Conſeſſionem adducitur 1. textus ex lege 2. §. 1. ff. de Judicis. [Convenite utrum inter privatos ſufficit, an verò etiam ipſius Prætoris conſenſus neceſſarius eſt? lex Julia Judiciorum ait: *quominus inter privatos conveniat*: ſufficit ergo privatorum conſenſus. Proinde ſi privati conſentiant, Prætor autem ignoret conſentire, & putat ſuam jurisdictionem, an legi ſatiſfactum ſit, videndum eſt, & puto poſſe deſendi, ejus eſſe jurisdictionem.] Ex qua lege colligitur, quòd nihil interſit, an Judex prorogatus ſciat vel ignoret, ſuam jurisdictionem prorogari. Decianus inſuper adducit legem. 1. C. de Jurisd. omnium Judicum. Sed illa lex tota quanta eſt de cauſis civilibus. Nec alium Juristextum pro hac conſeſſione invenio. ac proinde videtur ea tandem potiſſimum fundari in regulis generalibus de Prorogatione, quia cauſæ criminales non reperiuntur exceptæ.

37. *Quæſtum eſt, an, ſi à principio intervenit error, & ignorantia incompetentiæ, ſed inter proceſſum ſuperveniret ſcientia, an partes conſentiendo poſſent totum proceſſum validare.* Reſpondent DD. citati, Decianus n. 13. & Guazzinus n. 18. cum diſtinctione. Si proceſſus ab initio fuit omnino nullus, (intelligit ex alio capite quàm ignorantia) tunc non poſſet validari, per regulam, quod ab initio vitioſum eſt, tractu temporis non conualeſcit. Si verò non fuit nullus, dicunt, conualeſcere per ratihabitionem. Pari modo dicunt, poſſe conualeſcere per ſupervenientem ratihabitionem Judicis ordinarii.

per

per regulam, quod ratihabito mandato comparerit. Quod ſi à principio fuillet facta prorogatio per metum inſultum, non validaretur ullo modo, per ea quæ dicta ſunt de contractu ex metu inito. *Tract. 2. de Jure privat.*

*Item contra inſcientes manus in Clericum ejuſus familiariam.* 59.

*Et univerſim, quando delictum meretur cenſuram Eccleſiaſticam.* 60.

*Reprehendus poſſet iudicari ubi eſt deprehenſus.* 61.

*An eſſet mirendus ad Judicem loci delicti ſi peteretur.* 62.

*An Judex domicilii poſſit per viam accuſationis procedere contra ſubditum delinquentem extra territorium.* 63.

*An etiam per viam Inquiſitionis.* 64.

*Causæ loci ſtatuta ſequi debet talis Judex.* 65.

*An hodieque locus Originis conſtituat ſpecialis forum diſtinctum à loco domicilii.* 66.

*Habens plura domicilia, poſſet in quovis accuſari & inquiri.* 67.

*Poteſt reus à Judice domicilii citari, ubicunque exiſtat.* eod.

*Reus puniri poſſet à Judice loci commiſſi & conſummati delicti.* 68.

*Procedi etiam de Perſonis in dignitate conſtitutis infra Illudres.* 69.

*Quis Judex ſit competens delicti in conſiſibus commiſſi.* 70.

*An & cum quo effectu poſſit reus à tali Judice citari.* 71.

*Praxis moderna procedendi contra abſentem.* 72.

*Quis Judex competens delicti in uno Loco commiſſi, & in alio conſummati.* 73.

*Clericus per delictum non amittit privilegium fori, nec Legatus peccans in legatione.* 74.

*Seculariſ etiam, ſi re communi, à ſolo Rectore iudicari poſſunt.* eod.

*Quilibet delictum in foro publico commiſſum.* 75.

38. **I**N cap. ſin. de Foro Competente, aſſignantur quatuor generales modi ſeu cauſæ ſortiuendi Forum: Delictum, Contractus, Domicilium, Locus reiſitæ. Ad hos modos reducuntur variæ ſpecies, loquendo tam de foro in cauſis civilibus, quàm in criminalibus: adeo ut Marianus Socinus numeret modos 119. Verùm in harendo ſolis cauſis criminalibus, eas Decianus ad quatuor vel quinque fontes reducit. Primus ſons eſt Accuſatoris Perſona. Secundus eſt Perſona accuſanda. Tertius Perſona Judicis, Quartus Qualitas Delicti, ejuſque circumſtantiæ. Quintus Forma, Qualitas, & accidentia Judicij ſive Cauſæ quæ agitur.

